



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103157**

§. II. Handlung auf dem Friedens-Congress über sothanes Armistitium; Schweden wollen anfänglich Bayern nicht recht trauen; Bedienen sich aber hernach derselben in Puncto Gravaminum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1647. Monasterii quam Osnabrugi constantissime ab utraque parte agatur & urgeatur: imo tanto majore cum zelo adlaborandum est, ut sine mora Pacis conclusio subsequatur.

Febr.  
Mart.

1647.  
Febr.  
Mart.

5.) Etiam si durante Armistitio alterutrius Exercitus quispiam sua voluntate vel superiorum suorum jussu, intra vel extra quartiria graviolem insolentiam committat, haud tamen ideo Armistitium ruptum esse censetur, at potius intacta conservabitur; Officiales tamen militesque talis insolentiae auctores a suo Commendante poena debita, ad accusationem partis laetae, multabuntur.

6.) Hoc Armistitio durante nulli parti liceat Exercitus suos copiasque augere, sed eo statu ac numero, quo sub exordia hujus Tractatus fuerint, consistant, & id tanto magis procurandum est, quanto prior Romanorum Imperium inter ac Confederatas Coronas Pax generalis esse censetur, ac proxime concludenda speratur. Adhuc iniquum sane foret & quidem etiam toti Christianitati perniciosum, si novis copiis bellicis ac machinationibus desideratissima Pacis consilia non solum turbare, sed vel in apertissimam univerſae Christianitatis perniciem longius differre aut altius suspendere cogitaretur.

7.) Cum Domini Deputati Caesarei ulteriora expectent ab Aula Mandata, nesciant vero quo tempore ea sint adferenda, nihil equidem illi nunc in rem praesentem queunt proponere, quare nos Serenissimi Electoris Bavariae Deputati, ne tempus labatur inutile, vel ne utrarumque partium exercitus diutius extra designata hybernia cogantur degere, speramus, quod si Confederatarum Coronarum Dominis Deputatis placuerit nobiscum, tam ratione Caesarei quam Electoralis Bavarici exercitus, armorum suspensionem generalem concludere Serenissimum Electorem nostrum pro posse curaturum, ut omnia jam nunc concludenda Caesarea Majestas approbet ac confirmet, ex ea solum causa, ut tandem diuturnae illi Christiani sanguinis profusioni finis aliquis statuatur.

8.) Cum approbato usu ab omnibus receptum sit, ut qui ejusmodi negotiis definiendis destinati sunt, singuli potestatem a Principibus suis eorumque Vicariis sibi factam scripto invicem exhibeant, eamque legitime probent, nos in promptu nostram habemus & exhibemus, neque ambigimus, quin Domini Coronae utriusque Deputati etiam suae potestatis formam nobis contra exhibituri, unaque scripto responsuri sint singulis harum litterarum propositionibus, quibus equidem in posterum aliquam addendi aut demendi potestatem expresse nobis reservatam volumus. Ulmae 4. Febr. Anno 1647.

Illustriſſimis & Generosiſſimis Dominationibus Vestris,  
ad serviendum paratiſſimi.

## §. II.

Auf diese Proposition wurde nun zwar zu Ulm, zwischen den Cronen und Chur-Bayern vieles gehandelt, das vornehmste aber auf dem Friedens-Congress zu Münster unter den dortigen Haupt-Gesandten, tractiret. Die Schweden, so nützlich ihnen auch schon die Trennung des

Churfürstentums zu Bayern von dem Kayser, ansehene, wolten jedoch lange Zeit demselben nicht recht trauen, so daß als der Französische Gesandte Comte d'Avaux, über die vorhersehende Proposition, sich mit dem *Salvio* unterredete, und die Französische Neigung zu selbigen, zu erkennen gab;

Schweden wollen anfanglich den Bayern nicht recht trauen.

Sal-

Handlung  
auf dem Con-  
gress, über  
das Particu-  
lar-Armistiri-  
um.

¶ 3



1647.  
Mart.

Salvius ihm die Antwort ertheilte: Es wären die Franzosen nun schon 3. mahl von den Bayern betrogen worden, ob sie ihnen denn das vierdte mahl auch noch trauen wolten: Jedoch, wie die Schweden der Bayern wahre Inclination zu einem Particular-Stillstand bey dem Congress mercketen; so bedieneten sie sich hernach derer selbst, als tüchtiger Instrumenten, die Kayserliche Gesandten auf mildere Gedanken, in puncto Gravaminum, zu bringen. Wie denn die Bayerische Gesandten zu Obnabrück kein Bedencken hatten, im Monath Februario, da in causa Palatina gehandelt wurde, und die Kayserliche Gesandten, wegen der Schadloshaltung und Verpfändung des Landes ob der Ens, sich nicht fa-

Bedieneten sich  
aber hernach  
derer selbst in  
Puncto Gra-  
vaminum.

vorabel erklärten, denenselben ausdrücklich zu declariren, sie könnten, vermdge ihrer Instruktion, von ihrem Postulato und von dem Eventual-Regress nicht abweichen, sondern es würde am Ende Bayern gedrungen werden, sich in Königlich-Französischen Schut zu begeben, und so wohl sich, als die 3. Oberr Reichs-Crayse, nebst dem Westphälischen, vom Reich ab und nach sich ziehen. Massen denn auch würcklich kurz darauf erfolgte, daß zwischen beyden Cronen Frankreich und Schweden, auch Hessen-Cassel, dann denen beyden Churfürsten Bayern und Cölln, nachstehender Stillstands-Accord getroffen, auch folgendes ein Extract davon bey dem Congress distribuiret wurde.

1647.  
Mart.

Tractat  
zwischen bey-  
den Cronen  
und Hessen-  
Cassel,  
dann Bayern  
und Cölln in  
puncto Ar-  
mistitii.

## N. I.

*Instrumentum Armistitii* zwischen beyden Cronen, Hessen-Cassel und Chur-Bayern auch Chur-Cölln.

Notum sit omnibus sequentia Capita lecturis aut legi auditoris, quod inter Sac. Reg. Majest. Christianissimam, Regem Galliae & Navarrae, & Serenissimam Reginam & Coronam Sueciae, pro suis Majestatibus, Heredibus, Successoribus, Regnis & Regionibus atque Exercitibus omnibus, sicuti etiam pro harum duarum foedere junctarum Coronarum Confoederatis & Adhaerentibus in Germania, praesertim etiam pro Celsissima Principe Aemilia Elisabetha, Inferioris Hassiae Regente ex una parte; & inter Serenissimum Electorem Maximilianum Ducem Bavariae, tum pro se, suis heredibus, successoribus, tota Domo Electorali & Regionibus omnibus, ac Exercitibus & militibus, tum pro Domino fratre, Reverendissimo & Serenissimo Electore Colonienfi, ejusdem Archi-Episcopatu, Episcopatibus, Regionibus & ditionibus omnibus, atque etiam cum Reverendissimo & Serenissimo Domino Coadjutore Principe Maximiliano Heinricho, Interstitium Bellicum conclusum est. Postquam prius pro Rege Christianissimo in hunc finem à Celsissimo Principe Longeville & Legatione Gallica Monasteriensi, & Domino Duce Thuramico Dom. Alexander de Prouville Tracy, Tribunus militum, Consiliarius Regis & Commissarius Generalis, & Antonius de Marsily & de Croissy, in Supremo Parlamento Senator, in hanc Civitatem Imperialem Ulmensem cum potestate plenaria ablegati sunt, qui cum Serenissimi Ducis Electoris Bavariae ad hos Tractatus cum plenitudine potestatis ablegatis Ministris Domino Generali Tormentorum & Colonello, Barone de Ruifchenberg, Domino Kuttner de Kytzniz, Consiliario bellico, & Domino Schäffer, Consiliario bellico & Bavarici Exercitus Generali Commissario, post diversos congressus, & in vicem habitos discursus & colloquia, ad ineundam cum Rege Christianissimo amicitiam & ab hostilibus actionibus cessationem, in sequentia convenerunt & concluderunt.

## I.

Inter Sac. Regiam Majestatem Christianissimam & Majestatem Suam Reginam Sueciae, & utriusque Coronae foederatam Celsissimam Principem Landgravi-



1647.  
Mart.

viam *Æmiliam* *Elisabetham* *Inferioris Hassiæ* *Regentem*, ipsorum omnium *Successores* & hæredes, item *Serenissimum Electorem Maximilianum Ducem* *Bavariæ*, *Reverendiss. & Ser. Electorem Coloniensem* & *Ser. Dom. Maximilianum Henricum* ex eadem stirpe & sanguine Principem, jam designatum *Coadjutorem Serenissimo Electori Colonienfi*, ab altera parte, à die hodierno, quo hæc & sequentia conclusimus, usque ad pacem universalem in *Germania* & *Orbe Christiano* futuram, induciæ plenariæ sunt, & nullius arma ulli ex his invicem quidquam noceant, sed sequentia utrinque strictè observentur; Regi tamen *Christianissimo* obsidionem *Tubingensem* ad finem perducere liceat.

1647.  
Mart.

## II.

*Imposterum Regis Christianissimi*, *Reginæ Sveciæ*, *Celsissimi Principis Landgraviæ* & *Serenissimorum Electorum Bavariæ* & *Colonienfis Exercitus*, *Præsidia*, *Copiæ* atque *milites*, ab omnibus hostilitatibus invicem cessabunt, neque conflictu, obsidionibus, invasionibus, exactionibus, aut ulla molestiâ bellicâ quidquam contra *Regiones*, *Subditos* aut *Militiam* tentabunt; Item nec præsidii *milites* excurrant, nec aliquid mali moliantur, pari ratione conventum est.

## III.

*Totus Circulus Bavaricus*, & in hoc Circulo, tenore *Matriculæ Imperialis*, comprehensi *Status* cum *Superiore* & *Inferiore Bavaria*, & ad hanc ex hac parte *Lyci* & *Danubii* ad *Electorem Bavariæ* spectantia loca, etiam *Superiore* & *Inferiore Palatinatu*, quatenus cis *Rhenum* est, pro alendis *Militibus* *Bavaricis* & eorum *quartiriis*, liberè, usque dum pax universalis in *Imperio Romano* sequatur, absque impositionibus & exactionibus *militaribus* & *hybernis*, vel *quartiriis*, relinquuntur, & permaneant penes *Ser. Electorem Bavariæ*: & cum hæc regiones bello majori ex parte sint exhaustæ, & ad maximam paupertatem redactæ, idcirco tradentur jam *Exercitui Bavarico* pro usu & *quartiriis*, *Status* & *Quartiria*, omnes inter *fluvios Mindel* & *Lycum* siti etiam loci, exceptis ad *Danubium* hoc Capite infra nominandis locis, tamen hi *Status* & *loci*, quæ non proprie *Domini Electoris Bavariæ* sunt, inter *Lycum* & *Fluvium Mindel* usque ad *Schongoviam* (& nominatim comprehenso *Kauffbeurno*) inclusivè tantum, usque ad futuram *Ratihabitionem* *Suarum Majest. Galliæ* & *Sveciæ*, *Bavaricis militibus* permanebunt. *Nominatim* tamen conventum est, ut in eodem *Inferiore Palatinatu* ultra *Rhenum* nihil planè *contributionum Bavarici* prætendant. Per *Bavariam Superiorem* & *Inferiorem* nunquam *scederatarum Coronarum Exercituum* vel earundem *Copiarum* fiat transitus. Quod si autem contingeret, & belli ratio exigeret, per reliqua dicta *quartiria* extra *Bavariam*, vel etiam *Superiorem* & *Inferiorem Palatinatum* cum *Exercitibus* vel *copiis* dictarum *Coronarum* & earum *adhærentium* transire, hoc tempestive literis præmissis significetur *Serenissimo Electori Bavariæ* ac *Supremo* horum *Exercituum* vel *Copiarum* *Duci*, ut possit mittere *Commisarios*, qui *Quartiria* pro *militibus* disponant, quibus *Commisariis* dispositio *Quartiriorum* libera remanebit, in quibus etiam *milites* ne quidquam auferendo vel exigendo *subditis* sint molesti; *Quartiria* etiam nunquam in *Civitatibus*, *arcibus* & *locis muris* cinctis fiant.

*Salvæ guardiæ* *Serenissimorum Electorum* & eorum *Generalium Officiorum* à nullis violabuntur, sed intacta sine molestia relinquuntur.

Liceat quoque officialibus vel militibus titulo *salvæ guardiæ* vel *præsidii* in quovis loco impositis & constitutis, etiam ope illorum *subditorum* omnem  
vim



1647.  
Mart.

vim illatam vi repellere & si tales aggressores locorum, salvis guardiis vel praefidiis munitorum resistendo vulnerentur, aut omnino etiam occidantur, iuste hoc esse factum sine contradictione vel violatione nostri Conclusi censeatur; liberum tamen sit ad talia evitanda Ducibus, qui transeuntes Exercitus vel Copias ducunt, ejusmodi locis scriptas & vivas salvas guardias praemittere, imponere, atque Bavaricis adjungere, solum modo tamdiu, donec Exercitus vel Copia transierint.

1647.  
Mart.

Manebunt etiam Regi Christianissimo ex Circulo Bavarico Lauinga, Gondelfinga, Hoechstadium & loca inter Ulmam & Donawertham sita, quae Ducatus Neoburgici sunt.

## IV.

Quamvis autem superiori Capite conventum sit, ut Serenissimus Elector Bavariae usque ad Conclusionem pacis generalis Superiorem & Inferiorem Palatinatum, quatenus cis Rhenum est, possideat, ita tamen & in tantum, ut Milites Regis Christianissimi & ipsius Confederatorum etiam ex Inferiori Palatinatu, quatenus cis Rhenum est, eo usque amplius nihil exigent, nihil ominis tamen his nominatim conditionibus fiet, ut Sereniss. familiae Palatinae juri nihil derogetur, nec quidquam de novo Serenissimo Electori Bavariae hac Transactione acquiratur, sed causa integra, quae non est hujus loci, ad Comitia Monasterii & Osnabrugi deferatur.

## V.

Serenissimi Electores Bavariae & Colonensis à Ferdinando II. Romanorum Imperatore, Rege Hispaniae, Domo Austriaca, ipsius Confederatis aut Adhaerentibus, nominatim vero Duce Carolo, Landgravio Darmstadio arma sua statim revocabunt, & iis imposterum opem nullam ferent aut militariibus auxiliis & consiliis, aut alia ratione juvabunt.

Promittunt quoque se nihil hostile contra foederatos Regis Christianissimi aut Adhaerentes, sive in Imperio sive extra Imperium sint, neque jam neque imposterum facturos.

## VI.

Liberum sit Serenissimis Electoribus Bavariae & Colonensi, ante Ratihabitionem Regis Christianissimi & Reginae Sveciae Copias quasdam dimittere, diem & locum tamen, quo & quando eas exauctorabunt, Imperatoribus Reginae Majest. Christianissimae & Reginae Sveciae Exercitus significabunt, ut, si velint, suos illico ablegent & subdelegant, qui ex iis militibus tot, quot poterunt, conscribant, partibusque suis addicant. Exhibita vero à Rege Christianissimo Reginaque Sveciae Ratihabitione, detentis tantum, quantum fac erit, Copiis, ad Urbium omniumque ditionum, quas possident, necessariam securitatem omnes alias dimittent, & ne dicti milites Bavarici & Colonenses quocunque tandem praetextu aut ratione ad Caesaris, Regis Hispaniae, Ducis Caroli, Landgravii Darmstadii aut Foederatarum Coronarum hostium Castra transeant aut transfugiant, pro viribus curabunt. Maneat quoque in potestate Serenissimorum Electorum ante vel post futuras Ratihabitiones, quasdam Legiones integras Serenissimae Reipublicae Venetae tradere, ut iis, contra Christiani Orbis hostem Turcam uti possit, caveant tamen Commissarii Serenissimae dictae Reipublicae non in finem alium abduci, neque contra Regem Christianissimum Confederatos aut adhaerentes, sive in Imperio sive extra Imperium sint, invecaturas.

## VII.



1647.  
Mart.

## VII.

Contra Coronas foedere junctas & earum Confederatos aut adhaerentes superius dicti Domini Electores in suis Regionibus & quartiriis nihil omnino hostile admittent, neque concedent, ut in suis Regionibus contra Suas Majestates & iis foedere junctos, milites in suis Regionibus recipiant, aut eos ullo modo juvent.

1647.  
Mart.

## VIII.

Ut Caesareani aut eorum adhaerentes arces, propugnacula, Urbes, omnia denique loca derelinquant, quae vel Archi-Episcopatus vel Episcopatum & ditionum Serenissimi Electoris Colonienfis sunt, Sua Serenitas pro viribus efficere conabitur, si vero haec obtinere nequeat, Confederatis licebit ea obsidere, expugnare, & imposita praesidia extra dimittere, neque hoc casu Sua Serenitas aut designatus Coadjutor, Dux Maximilianus Henricus, unquam obsessis opem feret, aut ulla ratione juvabit, & si necessitas non exigat, ejusmodi locis vi captis nova praesidia imponere; tamen omnia jura, redditus eorum locorum officiales & jurisdictiones in Civilibus & Ecclesiasticis manent penes arbitrium Serenissimi Colonienfis Electoris: declarabit autem bona fide Serenissimus Elector, cum Ratihabitionem hujus Transactionis exhibebit, omnia loca, in quibus propria praesidia habet, simul etiam nomine legionum & numerum militum trader, ut hi omnes his pactis includantur & fruantur; de diminutione impositionum seu Contributionum convenient proxime Deputati Regiae Majestatis & Coronae Suaeque Celsissimae Principis Landgraviae cum Electoris Colonienfis Deputatis, interea omnes executiones extraordinariae & ulteriores impositiones omnino intermittentur.

## IX.

Quando quidem Regis Christianissimi Deputati insistant, ut Heilbrunn Praesidium Bavaricum educeretur, promiserunt Deputati Bavarici Serenissimi Electoris Bavariae Milites ex hac Urbe emittere & Regios immittere, quam primum super hoc Capite Serenissimi Electoris ratihabitione sequetur, pro qua citius obtinenda & adferenda, unus ex Deputatis Bavaricis ad Suam Serenitatem discedet. Restituentur alia quoque arma, pulveres tormentarii, annonae, globi & similia bellica, quae in illa Urbe Serenissimi Electoris sunt, Suae Serenitati prohibitu inde avehere liceat, aut haec eidem a Regia Majestate Christianissima aut Consiliariis persolvantur, si qui vero sint urbis tormenta, globi, annonae, & alii bellici apparatus, ibidem remaneant.

## X.

Idem Serenissimus Elector Bavariae post hujus Transactionis a Rege Christianissimo & Regina Suaeque Ratihabitiones acceptatas omnes & singulos suos milites statim Augusta Vindelicorum tunc emitteratque curabitur, ut Magistratus & Cives ibidem in posterum ad neutras partes accedant, & scripto caveant, se nullum alium praesidium Regi Christianissimo & Confederatis ac Adhaerentibus infensam admitturos, neque contra Suam Majestatem Christianissimam ejusque Confederatos quidquam facturos, sed in statu Neutralitatis fideliter permanuros: Quibus vicissim Coronae Foederatae promittunt, se nihil hostile contra hanc Civitatem tentaturas, sed ut neutralitate fruantur, & ab omnibus Militiae oneribus Augustanos liberos effecturas.

## XI.

Arces quoque, munimenta & urbes, quas Serenissimus Elector Bavariae ab Illustrissimo Principe Wurtembergico suis jam praesidiis occupat, & jam in  
Fünfter Theil. 3 po-



1647.  
Mart.

potestate habet, post omnium horum præcedentium & sequentium Ratihabitionem à Coronis Confœderatis, eidem Principi restituet; liberum autem erit Suae Serenitati Electorali ante hanc restitutionem tormenta, Arma, pulveres tormentarios, globos, alia ad bellum spectantia, & annonam, quam ad hæc præsidia Serenissimus Elector Bavariæ adferri curavit, inde pro suo arbitrio avehere & reducere: ab hac tamen restitutione excipitur Heidenheimium cum tribus in hoc Dominio sitis Monasteriis Königsbronn, Anhausen & Herbrechting cum suis adpertenentibus locis, quia hoc Dominium Serenissimus Elector titulo alio possidet, & decisio hujus negotii Monasterii expectatur. Illustrissimus Dux Württembergiæ An. 1646. præcedenti Suae Serenitati Electorali respondit & rescripsit, quod suum Commissarium pro bono subditorum tantum, & nulla ratione ut Suam Serenitatem Electoralem in possessione turber, Heidenheimium miserit, sed quod decisio hujus rei, ut supra dictum, expectanda sit, idcirco sine traditione Heidenheimensis Castri & Oppiduli, atque illuc adpertenentibus pagis, Superioritate super tribus Monasteriis & subditis nihil hic nos concludere posse, protestamur. Pro sustentandis præsiidiis, quam in Ducatu Würtbergenfi Serenissimus Elector occupat necessaria alimenta usque ad traditionem, quam post Ratihabitiones Coronarum fieri debet, ex iisdem exigantur, in illis locis, unde hæctenus fuerunt adducta; Item pro præsiidiis Rotwili, Friburgi & Wildenstein liberum erit Serenissimo Electori Bavariæ ex locis circumjacentibus ab eodem quam hæctenus alimenta necessaria, donec Regis Christianissimi Ratihabitiõ tradatur, exigere; de numero præsiidiariorum militum in his locis prænomnatis earundemque sustentatione inter Ministros Regis Christianissimi ac Serenissimi Electoris Bavariæ conveniet. Idem fiat cum Colonienfis Domini Electoris præsiidiis; Cautum tamen est, ne illa præsidia imposita Rotwil, Friburg & Wildenstein, Coronarum Confœderatarum hostes unquam immittant, nec eos ulla ratione juvent, sed neutrarum partium fiat.

1647.  
Mart.

## XII.

Tribunus militum, item Præfectus Vigiliarum Domini Schmidberg & Rose, & siqui sint alii bello capti, absque ullo redemptionis pretio, post Ratihabitionem Electoris, ab utraque parte liberabuntur.

## XIII.

Quodsi Militibus officialibusque contigerit, his induciarum Conditionibus aliquid contrarium committere, Præpositi eorum Generales aut officiales, seu præsiidiorum Commendants, auctores participesque facinorum vel malorum ita punient, ut severitate poenæ a similibus perpetrandis alii deterreantur; Siqui vero in flagranti deprehendantur, mulcentur, aut carceribus injiciantur, donec a suis Superioribus abducantur, qui eos pro qualitate delicti certo puniant, aut propter justitiam non factam vel simulationem, poenam à suis Superioribus expectent; & si unus vel alter, aut plures propter spolia, & alia facinora commissa in flagranti deprehensi ab aliis ex justâ causa punientur, ideo tamen Armistitium hoc nullo modo violatum vel ruptum esse censebitur, & siqui officiales, milites aut famuli ab exercitibus vel suis Dominis aufugiant, seu aliquid mali perpetrent, ad petitionem partis læsæ suis Dominis tradantur.

## XIV.

Regis Christianissimi, Serenissimæ Reginae Coronæque Sveciæ Celsissimæ Principis Landgraviæ & Serenissimorum Electorum Bavariæ & Colonienfis



1647. Mart. *sis salvo Conductu scripto vel officialium illorum munitis frumenta, vina, sal & omnis generis merces terrâ & aquâ in omnibus suis Regnis, Ditionibus, Regionibus, Archi-Episcopatibus, Episcopatibus & quartiriis tutè & libere exercere liceat, neque ab illis quidquam præter solita cujuscunque Provincia vectigalia exigetur, nec tamen sal nitratum, pulverem igniarium, arma, bellicos apparatus aliasque prohibiti commercii merces, Regis Christianissimi aut foederatarum Coronarum hostibus prodeant, conventum est; Qui autem, ut huc vel illuc cum suis mercibus tutius proficiscantur, unum vel alterum aut plures milites sibi adjungi petierint, his non denegetur.* 1647. Mart.

## XV.

Si vero Monasterii & Osnabrugæ modo, aut ante Ratihabitionem Coronarum Armilitium generale, cum Clausula: uti possidetis, vel pax in Imperio Romano concluderetur, quibus his pactis aliquid contrarium inde statueretur, nominatim & expresse declarant infra subscripti, plane & omnimode his, quæ communi Legatorum ibidem præsentium consensu sancita erunt, standum esse.

## XVI.

Hæc autem non aliter conventa intelligi debent, quam si Suecicis Dominis Legatis, & Deputato Celsissimæ Principis Landgraviæ Hassiæ, satisfiat, & suscepta cum iisdem Suecicis Transactio ad finem usque perducatur, ita ut eadem hora utriusque Tractatus Instrumentum sublignetur.

## XVII.

Cum autem, quod Deus secundum magnam suam misericordiam avertat, Pax generalis non sequeretur, quam tamen Rex Christianissimus & Serenissimi Electores pro viribus promovere pollicentur, nihil ominis hæc in præcedentibus & sequentibus capitibus conclusa, usque ad finem hujus belli, strictè observentur.

## XVIII.

Conventum est, ut Ratihabitione à Serenissimo Electore cum Confirmatione Domini Principis Thuraniæ statim hic permutetur, atque invicem promittant, se omnia hæc supra scripta capita religiose servaturos, & nihil contrarii ulla ratione, vel directè vel indirectè, admitturos & facturos.

## XIX.

Promittunt quoque infra scripti Deputati Gallici, præter confirmationem a Domino de Thuraine se, post sex a die Ratihabitionis Serenissimi Electoris Baviaræ septimanas, solennem à Rege Christianissimo Ratihabitionem tradituros; si vero hæc non fierent, Serenissimo Electori Heilbronnæ vicissim, ipse Wisensteig Regi Christianissimo restituet.

## XX.

Et quia Bavarici a suo Domino Electore se habere potestatem nullam tradendi Heilbronnæ dicunt, sed tantum præsidium educendi, ideo se hic non obstringunt super hoc puncto, donec Resolutio Electoralis Wasserburgo sequatur; Sperant tamen, Suam Serenitatem consensuram, quæ si contra opinionem non fierent, liberos se esse & nulli obligationi obstrictos, iidem Deputati Gallici declarant, neque alia ratione Heidenheimium velle tradere, quam si prius cum Domino Principe Thuraniæ colloquantur.



1647.  
Mart.

XXI.

Pro tradendarum civitatum & locorum asecuratione mutua obsides, quorum electio penes Deputatos maneat, dabuntur; traditis vero, libere dimittentur & ad suos rite reducentur.

XXII.

Hæc autem omnia & singula Capita in omnibus punctis & clausulis, à Serenissimis Electoribus Bavaricæ & Colonienfi, Successoribus & hæredibus eorundem, item Maximiliano Henrico, Duce Bavaricæ Coadjutore Colonienfi designato, Sac. Reg. Majest. Christianissimæ, Reginae Sueciæ, & Celsissimæ Principi Landgraviæ, promissa & præstanda Deputati Gallici acceptant; vicissim quoque à Rege Christianissimo, Celsissima Landgravia, Serenissimis Electoribus prædictis, Successoribus & heredibus, item Principi Maximiliano Henrico promissa & præstanda Bavarici Deputati acceptant, & omnia tam à Rege Christianissimo, Successoribus & heredibus & Celsissima Principe Landgravia, quam à Serenissimis Electoribus, Successoribus quoque & heredibus vicissim præstanda sine defectu observatum & impletum iri, Deputati Gallici & Bavarici Superiorum suorum nomine compromittunt. In quorum majorem securitatem, confirmationem, ut dictum est, a Principe Thurano post 8. dies, Ratihibitionem a Rege intra sex septimanas, a Celsissima Principe Landgravia Regente intra octo, & Serenissimo Bavaricæ Electore statim, ubi redierit ad eum ablegatus, a Serenissimo Electore Colonienfi & prædicto Coadjutore Principe Maximiliano Henrico, intra octo septimanas tradituros, invicem pollicentur. Ad quorum fidem præsentibus Capitibus subscripserunt & tractationem hanc propriis Sigillis muniverunt. Dabantur Ulmæ Suevorum decima quarta Martii, Anno 1647.

N. II.

Kurzer Extract der abgehandelten Stillstands-  
Puncten.

- 1) Daß von dato bis auf erfolgenden General-Frieden in Teutschland alle Feindseligkeiten zwischen den beyden Cronen und den beyden Churfürsten Bayern und Edlin, aufhören, insonderheit daß Bayern seine Waffen alsobald von dem Kayser separiren, und ihme in militaribus ferner weder heimlich noch öffentlich assistiren solle.
- 2) Chur-Bayern ist zu Erhaltung seiner Vöcker bewilliget, der ganze Bayerische Crayß, samt der Oberr-Pfalz, und was er disseits des Rheins in der Unter-Pfalz annoch besiget, zu seiner Contribution und Disposition bis zum Universal-Frieden frey zu behalten; Worzu ihnen auch so lange die Ratification von beyden Cronen einkommen, das Bisthum Eichstedt cediret worden; Worbey doch der freye Durchzug durch die Oberr-Pfalz vorbehalten worden, das Herzogthum Bayern aber soll von allen Durchzügen und Quartieren gänglich verschonet werden.
- 3) Chur-Bayern soll die Cron Schweden Memmingen und Heberlingen, die Cron Schweden hingegen Chur-Bayern Rhein, Donawerth, Wamblingen und Mündelheim abtreten und übergeben.
- 4) Wenn die Ratificationes beyder Cronen einkommen, soll Bayern auch alle seine annoch im Lande zu Würtemberg einhabende feste Dertter selbigem Herzog liefern.
- 5) Die Stadt Augspurg soll von aller fremden Guarnison befreyet und neutral seyn,

1647.  
Mart.



1647.  
Mart.

seyn, auch caviren, daß sie vom Kayser oder sonstem jemanden keine Besatzung einnehmen wolte.

6) Wenn Bayern theils seine Armee abdanket, soll er es vor der Abdankung der Cronen nechsten Generalität advisiren, auch der Cronen Feinden keine Völkcr darvon übergeben, hingegen er sich vorbehalten, den Venetianern, jedoch nur gegen den Türcken, einige Regimenter zu überlassen.

7) Zur Verhütung allerhand Mißverstände, soll nicht erlaubt seyn, daß Officier und Soldaten von beyden Partheyen ohne Special-Paß zusammen reisen, und Zusammenkunft anstellen.

8) Wenn Delinquenten oder Ausreißer von einer Parthey zur andern sich begeben, solle selbigen kein Unterschleiff gegönnet, sondern auf Erfahrung dahin selbige gehören, geliefert werden.

9) Wenn einige Infolenzen zwischen Privatis vorlauffen möchten, soll deswegen das Armistitium nicht gebrochen seyn; sondern der Verbrecher von seinem Commendanten, auf Anhalten des beleidigten Theils, gebührend gestraffet werden.

10) Die Commerciën und Posten und Couriers sollen aller Orten frey passiren.

11) Die Gefangene sollen gegen einander losgelassen werden.

12) Weilen Chur-Cölln und dessen Coadjutor auch in diesem Armistitio begriffen, sollen selbige diese Handlung innerhalb 8. Wochen à dato ratificiren.

13) Wenn unter der Zeit oder künftig ein General-Armistitium oder Friede zu Dñabrück und Münster geschlossen würde, solle diese Handlung selbigem General-Schluß nichts präjudiciren; sondern in allem bey dem verbleiben, was daselbst geschlossen wird.

14) Alle diese Puncten sollen nicht kräftig seyn, bis der Cron Frankreich auch Satisfaction geschehen.

15) Die Stadt Ueberlingen soll in ihrem Catholischen Religions-Exercitio uncurbiret bleiben.

16) Chur-Bayern soll die Stadt Offenburg entweder bis auf beyder Cronen einkommende Ratification neutral schaffen, und alsdenn selbigen Platz zu dem Benfeldischen Estat abtreten, auf welchen Fall er denn von Benfeld aus salvagardiret werden soll, oder wenn selbiger Commendant solchergestalt nicht passiren wolte, soll Bayern keine Hinderniß machen, wenn die Cron Schweden selbigen Ort für sich alleine, oder mit Hülf der Cron Frankreich zu emportiren trachten würde.

17) Wenn über Verhoffen die Ratification von beyden Cronen nicht erfolgen sollte, so soll ein Theil dem andern die Plätze wieder einräumen, und jeglicher dasjenige wieder bekommen, was er zuvorn gehabt.

18) Wenn Chur-Cölln und dessen Coadjutor in 8. Wochen diesen Tractat nicht ratificiren wird, so sollen selbige auch des Armistitii nicht genießten, Chur-Bayern aber bleibet bey diesem Schluß.

19) Daseru aus Memmingen einige fremde eingeflüchtete Geislich- oder Weltliche mit den Ihrigen ausziehen wolten, sollen sie daran nicht gehindert werden.

20) Zu Urkund etc. etc.

Ueber welches alles Ihrer Königlichcn Majestät Confirmation innerhalb 5. Monathen von dato des völligen Schlusses dem Churfürsten in Bayern einzuantworten versprochen worden.

1647.  
Mart.